

tur. In illo enim insignis pietas Joannis ex carcere discipulos suos ad Christum mittentis nobis imitanda proponitur. Quapropter illud magnificantes Deum, ut illius explanationi felices successus largiatur, invocemus.

NARRATIO.

Agit hoc Evangelium de insigni legatione, quam Joannes ex carcere ad Christum misit, quærens: *num sit ille mundi Messias?* Quapropter ut diligenter illud possimus explicare:

Considerabimus

- I. *Occasionem legationis.*
- II. *Legationem ipsam.*
- III. *Consequentia legationem.*

DE I. LOCO,

I. Occasionem textus partim enarrat, ut carcerem vel vincula Joannis, quibus propter reprehensionem foeditissimi incestus Herodis fuit detentus.

Matt: 4.
Marc: 6.

V S V S.

1. Carcerem & tribulationes fideles Ecclesiæ pastores expectant.

Act: 20.

2. Exemplo Joannis & nos simus constantes usq; ad mortem.

Apoc: 2.

Item